

gleich zwischen dem Kardinal und Prager Erzbischof Harrach mit dem Prager Altstädter Magistrat, wodurch derselbe das zur Stiftung angewiesene Gut dem erzbischöflichen Alumnat, mit Vorbehalte des Vorschlags

I. Omnia sua mobilia legavit suae coniugi Dominae Elisabethae natae Strachwiczianae carens prolibus.

II. Oppidum Sowinkam, oppidum Kowan, pagum Spikaly, item pagum Krasna cum praediis, iuribus, hominibus, collatura, seu iure patronatus in Kowan, cum ouilibus, molendinis, popinis, braxatorio, agris seminatis et non seminatis, censibus, telonio, lupuletis, siluis, pascuis &c. secundum sibi ab augustissimo Imperatore Ferdinando II. anno 1625. 25. Augusti datam de his quomodolibet testandi facultatem: sicuti etiam in Comitatu Glacensi bonam aliquod, quatuordecim vel quindecim millibus sexagenarum constans ac valens, sibi a Sua Caesarea Regiaque Maestate, propter fidelia sibi praestita seruitia adpromissum, et domum in foro antiquae urbis penes domum Perillustris Domini Antonini Ssliffitam (quae domus Fuchsiانا nunc spectat ad Carthusianos Giczinenses) legavit sub inspectione Magistratus Veteris Urbis Pragensis pro duodecim iuuenibus pauperibus, bonae indolis, qualitatis et ingenii in praedicta domo alendis, vestiendis, de omnibus necessariis prouidendis, et ad studia adplicandis. Et si ante extraditionem boni sibi a sacra Caesarea Maestate in Comitatu Glacensi promissi, moreretur, rogauit Magistratum Vtero-Pragensem, ut illius extraditio vrgeatur.

III. Ex superfluis mediis, praedictis iuuenibus, si qui graduandi forent, et capaces, gradus cuiuscumque facultatis procurentur. Fundatio haec Domini Doctoris et Adpellationum Regiarum Consilarii, Petri